

*Ipsi vicerunt^f eum propter sanguinem agni et non dilexerunt animas suas usque^g ad mortem^{h112}. Hoc prelium factum est post resurrectionem domini, consummatum est autem Constantini diebus. Mulier veroⁱ fugit^k in solitudinem^{l113} a facie serpentis, ubi manet in tempus et tempora et^m dimidium temporis¹¹⁴, quodⁿ nichil aliud quam totum tempus^o ecclesie distinctum per septenarium designat^p. Fecit autem draco prelium cum reliquis de semine mulieris¹¹⁵, hoc est cum heremitis^q et monachis, qui caste vivunt, sive cum fidelibus omnibus. Suscitavit^r namque^s de abyssu bestiam quandam^t habentem capita septem et cornua decem¹¹⁶. Que nimirum bestia, cum et ipsa septem tempora habeat, idcirco tamen in quarta parte revelatio huius bestie scribitur, quia eius maxima^u fortitudo quarto tempore^v claruit^w. Bestia ista est collectio infidelium, que^x more^y bestiali christianos persequitur^z. Bestiam istam in quatuor Daniel distinguit^{a117}; prima quasi leena, secunda sicut^b ursus, tertia similis pardo, et^c habebat quatuor capita^c, quarta dissimilis erat ceteris. Septem itaque capita Daniel in quatuor bestiis assignat^d, que Iohannes assignavit in una. De leena vero et urso et pardo hoc modo facit^e mentionem Iohannes: *Et bestia, quam vidi, similis erat pardo et pedes eius sicut ursi et os eius sicut os leonis*¹¹⁸. Pro quarta vero Danielis bestia^f accipit^g Iohannes cornua decem¹¹⁹. Tempus vero proprium huius bestie in ferocissima gente Sarracenorum posuit, et^h idcirco in quarta libri parteⁱ, quia hec ipsa est quarta^k Danielis bestia, et hec^l persecutio quarto tempore orta est, tempore scilicet heremitarum et virginum. Quod vero caput ipsum^m dicit mortuum esseⁿ et iterum vite reddi-*

f) vincunt AC. g) fehlt E. h) folgt idest, non pepercerunt vite sue. Unde: Qui diligit animam suam, perdet eam (Ioh. 12,25) D. i) fehlt AC; autem D. k) fuit C. l) solitudine ABCE. m) fehlt E. n) quo DE; in quo B. o) fehlt B. p) designatur DE; designatum B. q) heremiticis A. r) suscitabit DE. s) enim D; autem E. t) quendam C. u) magna E. v) folgt scilicet heremitarum et virginum D. w) claret E. x) qui B. y) morte C. z) persequuntur B. a) distinxit B. b) quasi DE. c-c) fehlt C. d) assignavit D. e) fecit AC. f) fehlt E. g) accepit DE. h) quod AC. i) folgt posuit AC. k) fehlt AC. l) folgt ipsa D. m) so die Hss., statt unum? (= Apoc. 13,3). n) fehlt D.

¹¹²⁾ Apoc. 12,11.

¹¹³⁾ vgl. Apoc. 12,6.

¹¹⁴⁾ Apoc. 12,14.

¹¹⁵⁾ vgl. Apoc. 12,17.

¹¹⁶⁾ vgl. Apoc. 13,1.

¹¹⁷⁾ vgl. Dan. 7,4-7.

¹¹⁸⁾ Apoc. 13,2.

¹¹⁹⁾ vgl. Apoc. 13,1; 12,3; 17,3-12.